

Ibi: Ego verò est consecram.

19 Contrarium verò, & sic quod Prælati non sit perjurus, ex rationibus istis sustinent Delbene ubi proxime, Caroc. dict. quæst. 3. nu. 4. Valasc. de jur. emphyteutic. qu. 29. num. 12. Barbat. sup. n. 5. 2. Redoan. sup. in princip. verb. vocabulum, n. 5. fol. 15. Quæ opinio æquior est: ideoque cum probabilis sit, practicanda, ad pœnas evitandas; argument. l. interpretatione 42. ff. de pœnis, et si puncto juris fortassis prior verior sit.

20 Ut autem non lateat quid sub præfato juramento Prælati contineatur? animadvertendum est quod dupliciter illud præstari solet, vel absolute jurando non alienare ea bona; vel promittendo, juramento adhibito, non alienare ipsa, Romano Pontifice insulso. Primo casu, solum obligatur ad non alienandum illicite, & contra juris prohibitionem, manet tamen sibi illibata facultas ad alienationes de jure permissas: Secundo, etiam ab alienatione permissa, non obtenta Pontificis licentia, debet abstinere, Delbene dubit. 3. n. 1. 2. ubi alij Guttier. de jurament. confirmat. part. 1. c. 5. 2. num. 3. Quod ultimum limitatur. Primo, si magna necessitas instaret, ita ut locus dilationis ad consulendum non sit: Secundo, quoad res modicas, quæ censentur exceptæ: Tertio, secundum D. Covarr. & sequaces in locatione ad longum tempus, Delbene a. n. 6. Guttier. ubi proxime, Pat. Molin. disput. 468. n. 8. 9.

Ibi: Tamen verum est improprie.

21 Alienationis verbum aliquando late aliquando preste usurpatur. Primò modo locationem ad longum tempus complectitur: Secundo, non utique. Caroc. d. q. 3. n. 4. Pat. Molin. disput. 464. Delbene dubit. 3. a. n. 1. Molin. d. c. 2. 1. in princip. Hermosill. in l. 43. glof. 3. n. 3. tit. 5. part. 5. Bonacin. d. punct. 2. n. 1. 4. in principio, Pinell. sup. num. 18. 19. Spin. in specul. testament. glof. 19. n. 7. 5. cum aliis.

Ibi: Non ad pœnam infligendam.

22 Hoc ipsum post alios notant Caroc. & Delbene ubi proxime, Pœnæ etenim non sunt interpretatione juvenandæ, dict. l. interpretatione, l. cum quidam 19. in fin. ff. de lib. & posthum. Ex quo inferitur, quod verba, quæ diversimode intelligi possunt, ita accipienda sunt, ut delictum, & pœnam excusetur.

Ibi: Cum juramentum strictè sit intelligendum.

23 Ita ut quantum minus possit, jurantem astringat. Sanch. in Decalog. tom. 1. lib. 3. c. 14. num. 1. Cevall. tom. 2. q. 780. n. 284. Aug. Barbof. in collect. ad cap. Clericus, n. 7. de jurejurando, Menoch. de præsumpt. lib. 1. quæst. 45. n. 12. Guttier. ubi proxime, cap. 71. n. 3. Caroc. d. q. 2. num. 6. pag. 54. Delbene ubi proxime, n. 9. Molin. disput. 468. n. 8.

Ibi: Ex hoc dubia est apud me.

24 Locans rem emphyteuticam ad longum tempus, Domino irrequisito, non incidit in pœnam caducitatis adversum ita alienantes statutam, Caroc. rubric. de jur. emphyt. n. 7. Caballin. millelog. 213. p. 1. Add. ad Alex. conf. ult. lib. 13. Molin. sup. n. 1. c. 20. n. 17. Pinell. num. 71.

25 Sed oppositum magis receptum est, quod tenent Gregor. Lopez in l. ult. glof. 3. tit. 8. part. 5. Marefcot. dict. lib. 2. c. 25. n. 9. Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. glof. 4. num. 82. Francisc. Marc. dict. decis. 455. part. 1. Jul. Clar. receptar. sentent. lib. 4. §. Emphyteusis, quæst. 19. Gamma decis. 26. num. 5. Jason in l. ultim. quæst. 4. num. 112. C. de jur. emphyteus. Caldas de renovat. emphyteus. quæst. 16. num. 10. Valasc. dict. quæst. 29. num. 23. Pat. Molin. disput. 461. num. 2. ubi bene probat, Pœnamque caducitatis per utilis dominij translationem incurri, tenuit Menoch. conf. 38. n. 1.

26 Quæ sententia debet temperari, si adjiciatur clausula: Sicut consensu Domini. Maxime si subjungatur: Non aliter, neque alio modo. Per quæ verba etiam in propria, & stricta alienatione, pœna caducitatis non inferitur: quod a fortiori

hic dicendum est, de quo Marefcot. lib. 1. cap. 87. à princip. Menoch. d. conf. 38. ex n. 17. ubi plures Molin. d. c. 21. numer. 25.

Ad Nam. 3.

Locatio bonorum Ecclesiæ, quæ alienari jure sunt prohibita, ad vitam alicujus non tenet, juris solemnitatibus non observatis, quæ in eorum alienatione desiderantur, Molin. n. 28. vers. Sed quamvis, & n. 29. Redoan. quæst. 6. n. 3. Guttier. dict. lib. 2. cap. 8. num. 24. Delbene sup. c. 18. dub. 1. n. 5. Petr. Barbof. in l. filiosam. §. ultim. num. 26. ff. solut. matrimon. Caroc. rubric. de locat. ad vitam, quæst. 2. & rubric. de reb. Eccles. concl. 4. num. 16. Vazq. dub. 2. n. 23. Valasc. n. 2. Aug. Barbof. dict. alleg. 95. n. 14. Pat. Molin. disp. 466. n. 3. Pellizzar. sup. num. 16. vers. Respondeo, quod cum tempus, Navar. in c. consideret. §. Deserat, n. 5. de pœnit. dist. 5. Ratio est, quia hujusmodi locatio, quamvis brevissimo tempore finiri possit, subicitur durationi ad longum tempus, quapropter verita censetur, Pellizzar. ubi proxime, Delbene dict. n. 5. cum prohibito cujusque actus, eos omnes comprehendat, per quos ad illum potest perveniri; oratio 16. ubi notatur, ff. de sponsal. lib. 1. si pupillorum 7. §. fin. ff. de reb. eor. qui sub tutela. Glof. in l. si ut certo. §. ult. verb. & ait. post princip. ff. commod. Guttier. de jurament. confirmator. p. 1. cap. 51. n. 9. de quo latius infra, hoc cap. ad num. 7. cum D. Covar. dicendum est.

Hinc deducitur, non subsistere locationem ad beneplacitum conducentis, quia in eadem voluntate diu potest persistere, Pat. Molin. disp. 445. n. 3. in fin. Pinell. sup. num. 63. Valasc. n. 4. Caroc. rub. de locat. ad long. temp. quæst. 5. de locat. in volunt. conduc. num. 2. 3. ubi alij: Molin. dict. 4. cap. 21. num. 29. vers. Et etiam illa: Guttier. d. cap. 8. num. 24. Nec ad voluntatem locantis, Molin. Guttier. Pinell. sup. quamvis contrarium placuerit Pat. Molin. Valasc. Caroc. n. 5. quoniam liberum est locatori, cum voluerit, à contractu discedere. Tamen prior opinio tenenda est, eo quod potest ex consensu locantis eadem locatio ultra tempus permissum permanere; & hoc, jus prohibet. Idem dicendum est, si in tertij voluntatem locatio conferatur; Caroc. n. 6. cujus limitatio ibidem tradita, ex dictis admittenda non est. Sed ea omnia sunt intelligenda, quando expresse actum est, ut locatio tempus permissum excedat, si placuerit; alioqui in dubio ex pacta ita sunt interpretanda, ut is, in cujus voluntatem locatio conferatur, possit ab ea, cum voluerit, resilire; vel in eadem persistere intra tempus lege definitum, quia contractus præsumitur secundum jus celebratus; l. quæro, §. Inter locatorem, ff. locat. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præf. 38. num. 1. nec censetur illicitus, nisi manifestè apparuerit, Menoch. sup. præf. 122. n. 36. & faciunt tradita infra, c. 17. n. 74.

Inde etiam colligitur, non posse locari ad tempus incertum, ut donec bellum finiat; Pellizzar. sup. nisi incertitudo referatur ad aliquod, quod intra tempus permissum soleat terminari: ut dum navis ex Indis redierit: idem Pellizzar. ibidem. Vel si locatio celebraretur absque temporis præfinitione, quæ valebit; quia talis contractus secundum consuetudinem, quæ in similibus rebus observatur, debet intelligi: Caroc. quæst. 9. num. 2. res autem Ecclesiæ juxta tempus jure permissum semper locari solent; atque ita idem erit, ac si expressim ad novennium olim, & hodie ad triennium esse locatum.

Ibi: Fortassis hac locatus.

Locationem rerum Ecclesiæ ad vitam hominis senis non censeri factam in longum tempus, si ille diu victurus non præsumatur, secundum supputationem l. hereditatum 68. ff. ad leg. Falcid. sentiunt cum D. Covar. P. Molin. disp. 445. num. 3. Petr. Barbof. in d. §. fin. n. 26.

Hæc tamen sententia, quam dubitans D. Covar. videtur approbare, difficile admitti poterit ex sequentibus. Primò, nam valde controversum est, num computatio præfate legis ultra casum, de quo agit, locum obtineat: ut videre est apud D. Covar. infra lib. 3. c. 19. num. 40. Molin. de primog. lib. 1. cap. 19. n. 40. Escob. de racionib. lib. 2. c. 2. à princip. ac verius est; non esse præcisè servandam, quamvis possit Judex pro suo arbitrio eam sequi, ut resolvit sup. c. 2. in fin. Quod in specie

Verf. Primò contingere solet.

specie locationis rei Ecclesiæ admitti non debet, cum materia prohibitiva sit, Ecclesiæque favorabilis, cui prospicitur, vetita bonorum suorum alienatione. Secundo, quia vita hominis usque ad centum annos durare præsumitur, ut notant DD. in l. ult. C. de Sacrosanct. Eccles. & in l. an. usufructus 6. ff. de usufruct. quorum plures laudat Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 49. n. 9. Aug. Barbof. in dict. l. fin. n. 15. Tertio, licet præfata communis opinio vera non existimetur; saltem certum est, jure præsumi, hominem ad centum annos vivere posse, ut idem Menoch. rectè sentit, de quo sup. cap. 7. à n. 28. hæc autem possibilitas sufficit, ut locatio ad longum tempus facta videatur, atque non subsistat, ut cum Delbene, & Pellizzario probavimus, sup. n. 27. Quarto, quoniam secundum dictæ legis computationem, homo quinquagenarius possit rem Ecclesiæ ad vitam conducere, & locatio ad longum tempus non censetur facta, quia ad novennium duntaxat superstes creditur esse futurus, ut ex textu apparet; homines autem frequentissime sexagesimum annum agere, & illum excedere, nemo est qui dubitet. Ex his tenendum videtur non esse attendendam dispositionem d. l. hereditatem circa locationem ad vitam rerum Ecclesiæ, quæ ad longum tempus facta censenda est, ut docet Delbene, & Vazq. ubi proxime. Sed posset hæc sententia limitari, contrariæque admitti, si conductor jam nonagesimum ageret annum, quia rarum est, & quasi portentum hodie habetur, ut quis ad centesimum perveniat annum, ut observat Menoch. à num. 16. latè probans; & licet hoc possibile sit, cum raro eveniat, de eo curandum non est, argument. l. nam ad ea 5. ff. de legib.

Verf. Quod verò dixi.

32 Hoc ipsum notant Menoch. d. Cas. 5. in fine, Caroc. rubric. de reb. Eccles. conc. 7. num. 30. Aug. Barbof. in collect. ad Clement. 1. n. 13. de reb. Eccles. & diximus sup. n. 2. Et ex his, quæ sub hoc verf. D. Covar. docet, apparet, hoc interesse inter Prælatos Regulares, & seculares, quod hi locantes infra decennium dici non poterant ad longum tempus locasse; illi verò sic, quanto ita Judici visum erat.

Ad Numerum 4.

Hucusque tradita ad jus antiquum referenda sunt; hodie namque aliter se res habet, cum Paulus II. anno 1468. novam ediderit constitutionem, quæ incipit: Ambitiose, extatque inter Extravagantes communes sub tit. de reb. Eccles. quæ vetitum est, bona Ecclesiastica ultra triennium locari absque juris solemnitatibus, pœna excommunicationis, & aliis adversum contravenientes statutis; ut notant Pat. Vazq. sub dub. 3. num. 24. vers. fure autem, Tondut. quæstion. benefic. part. 1. c. 66. n. 8. Aug. Barbof. d. allegat. 95. n. 3. Scortia in select. Pontific. constitut. theorem. 115. Pat. Molin. disp. 466. num. 10. vers. Ante tempora, Thom. Delbene, d. cap. 18. dubit. 1. num. 7. Guttier. Canoniar. lib. 1. c. 8. num. 1. Caroc. ubi proxime, conc. 9. nu. 38. Sarmient. de redditib. Ecclesiastic. part. 1. cap. 2. num. 10. Bonacin. sup. num. 24. Cevall. dict. quæst. 199. num. 7. Menoch. d. cas. 5. num. 5. Pellizzar. dict. c. 8. num. 14. ubi de Regularibus, quos præfata constitutio æquè, ac seculares ligat: Imò procedit, quamvis Religiosi conduxerint bona alterius Monasterij, & alterius Ordinis, ultra triennium; ex quo pœnas dictæ Extravagantis non minus, quam seculares incurrent; Pellizzar. num. 17. vers. Adde quod si Regularis.

33 Ampliatur præfatum Pontificis decretum, ut nec locatio adversus illud teneat, quamvis locans juret non contravenire contractui, quo non obstante poterit ab eo resilire; nam juramentum nequit firmare actum nutritivum peccati, alioquin esset iniquitatis vinculum, Delbene dubit. 6. Bonacin. n. 26. Corduba in quæstionib. Theologic. q. 103. & alij apud Riccium decis. 121. etli aliis oppositum placeat.

34 Est notandum, licere Episcopis sua constitutione triennium ad biennium, vel aliud tempus restringere, non verò, extendere; hoc enim Pontificiæ constitutioni adversatur, non illud; Cardinal. in c. ult. n. 2. ne Prælat. vic. suas, Delbene dubit. 8. Aug. Barbof. d. allegat. 95. n. 18.

Locatio rei Ecclesiæ ultra triennium est prohibita, nullisque momenti etiam si pactum apponatur, ut per singula triennia censetur contractus distinctus celebrari, utque non unica, sed plures diversæ locationes sint, quia hoc in fraudem legis fit; Pat. Molin. num. 11. Caroc. cum aliis, sup. n. 41. Vazq. dub. 4. n. 25. Scott. theoremat. 117. Aug. Barbof. n. 17. Delbene dubit. 2. à num. 1. Valasc. de jur. emphyt. quæst. 29. n. 15. Filliuc. tract. 44. c. 2. quæst. 5. Reb. de obligat. just. lib. 1. qu. 6. Ricc. decis. 117. Tusc. lit. L. conc. 406. Rodriguez quæst. Regul. qu. 7. art. 1. Pellizzar. n. 15. Idem circa locationem ultra decennium cum pacto, ut de novennio in novennium renovata censetur; nam hæc ad longum tempus facta dicitur, ut notant Molin. d. cap. 21. n. 29. vers. Et etiam, Marefcot. d. c. 25. n. 7. Petr. Barbof. ubi sup. n. 26.

Sed si simul plures locationes distinctæ contrahantur, veluti si dicatur: Loco hunc fundum in tres annos, quibus elapsis, eundem in aliud triennium sequens tibi loco; adhuc sustinenda non sunt, Marefcot. num. 2. cum segg. Bonacin. num. 24. vers. Nec obstat. Pat. Molin. & Valasc. ubi proxime, Caroc. conc. 6. num. 19. nam ut Pellizzar. ubi proxime, & Delbene dubit. 2. num. 2. aiunt, parum Ecclesiæ interest, quod unica, vel pluribus locationibus res sua ultra permissum tempus conducatur; istique contractus propter unitatem sermonis, & temporis, pro uno reputantur, Marefcot. num. 2. & 4. Butr. in cap. Apostolica, num. 12. vers. Hoc nota, & donat. Qui quidem casus à præcedenti in re nihil differt.

Dubium est, an his casibus valeat pro primo triennio contractus? Affirmat P. Molin. sup. & disp. 467. n. 4. Valasc. Aug. Barbof. Bonacin. ubi proxime, Delbene, sup. n. 1. Contrarium verò probat latè Marefcot. à num. 8. quod verius videtur, admissa Bart. opinione, de qua infra, n. 44. nam effectu idem est, conducere absolute ad tempus ultra triennium, ac prædictis cavillationibus uti ad fraudem legis; & ita quemadmodum in eo casu contractus, nec pro tempore non prohibito tenet, ut mox dicendum est; sic & in his omnino corruiere debet. Nec interest, quod hic plures locationes distinctæ contrahi dicantur, quoniam cum uno eodemque contextu fiant, unicus est actus, qui ut in fraudem legis, nullius debet esse momenti; videatur Marefcot. d. c. 25. per tot.

39 Ex his inferitur, quod si diversis temporibus plures celebrantur de eadem rei Ecclesiastica locationes ab eodem conductore, prima sustineretur, si triennium non excesserit; cæteræ autem erunt irritæ, si factæ sint prima locatione durante: sed hoc limitandum est, cum jam prope finem præcedentis locationis, iterum locatur, quia non datur præsumptio fraudis; v. g. conducit quis agrum ad triennium, & tertium jam labente anno, eundem ad aliud triennium iterum reconducit, contractus iste nullo vitio laborat; nam parum illud temporis, quod restat, pro nihilo habetur; de quo Molin. d. disp. 466. n. 11. Delbene dubit. 3. Valasc. ubi proxime, Pellizzar. n. 15.

40 Quibus addendum est, quod si locatio ad triennium fiat cum pacto, ut eo præterito locans teneatur ad renovandam illam, contractus valet pactone rejecta. Ita Marefcot. n. 9. D. Covar. inf. n. 5. vers. Non obstat. Bonacin. n. 24. vers. Sed aliorum opinio, Scott. theorem. 115. Aug. Barbof. num. 17. in fine, Quaranta in summ. Bullarum, verb. Alienatio rer. Eccles. sic, num. 18. Pat. Vazq. sup. num. 26. & alij apud Delbene, qui probabile dicit, d. dubit. 2. num. 7. quoniam aliud est locare, & aliud pactum de locando inire. Sed contrarium & sic locationem omnino irritam esse, cum aliis tenet Caroc. dict. rubric. de locat. ad longa temp. quæst. 4. n. 4. Alij distinguunt, ut prior sententia vera sit, si talis promissio in scriptura publica fiat, posterior si extra illam intervernerit. Ita Delbene num. 5. 6. Pellizzar. num. 15. Azor. part. 2. lib. 9. capit. 2. quæst. 3. Sed aliter distingui posset, nam aut conventio illa, de locando simul cum locatione intra tempus permissum, fit, & tunc cum unicus sit actus in fraudem legis, totus irritabitur, ut Carocio & sequacibus non paucis visum est: Aut ex intervallo promissio prædicta de locando subsequitur, & ipsa solum erit nulla, locatione manente, quia



quia utile per inutile vitari non debet, cum actus sint distincti; & arque ita Marefcoti, & aliorum procedit resolutio. Quae comprobantur ex dicendis infra, n. 47. cum seqq.

Ad Numerum. 5.

41 Hinc frequentissime agitarum quaestionem, num scilicet locatio rerum Ecclesiae ultra triennium, saltem intra illud sustineatur: disputant late Molin. d. cap. 21. num. 28. Delbene dubitat. 5. Guttier. Canoniar. lib. 2. c. 13. Pat. Molin. disp. 467. Pat. Vazq. dubit. 5. Aug. Barbof. à num. Pellizzar. d. tract. 6. cap. 8. n. 16.

42 Est praemittendum, disputationem hanc non versari circa locationem ultra novennium, sive ad longum tempus, quae omnino nulla est, si absque solemnitatibus fiat, molin. sup. vers. Sed quamvis, Guttier. num. 8. Aug. Barbof. num. 14. Pat. Molin. num. 4. Ratio est, quia per contractum locationis ad decennium transit in conductorem utile dominium, quod multum solet interesse; hoc autem non transiret, si locatio ad triennium valeret; qui propter ille compellendus non est stare contractui, qui ab eo, quem celebrare voluit, differt.

Locationem in specie proposita non in totum vitari, sed intra permissum tempus consistere, cum Baldo, sentiant Pat. Molin. n. 3. Tondut. sup. d. cap. 66. n. 10. Molin. vers. In secunda specie, Anton. de Marinis quotidianar. resolut. lib. 1. cap. 6. num. 7. vers. Contrarius, Guttier. num. 7. Aug. Barbof. num. 11. Tusch. conc. 406. num. 1. Gamma decis. 387. num. 3. Quarant. ubi proxime, Rebell. sup. part. 2. lib. 14. quaest. 6. Caroc. d. rubric. de reb. Eccles. conc. 9. n. 44. Ceval. de quaest. 199. num. 10. & alij apud Mantie. de tacit. convent. lib. 5. tit. 5. num. 19. & Scortiam theorem. 117. Fundamentum praecipuum est, quia utile per inutile non vitatur, atque ita omnes hi suam sententiam limitant, si tempus utile ab inutili commodè nequeat separari, ut D. Covar. infra advertit.

Ibi: Sed quod locatio in hac quaestione omnino nulla sit

44 Ita adversus proximè laudatos, tenent cum Bartolo Pat. Vazq. n. 28. Marefcoti. d. cap. 25. à num. 8. Valasc. sup. 9. 29. num. 15. Delbene sup. Caldas de resolut. emphyteus. capit. 2. num. 30. Bonacin sup. dict. nu. 24. Matic. ubi proxime, nu. 1. Emman. Sa verb. conducto, num. 13. Pinell. in l. i. part. 3. n. 75. C. de bon. matern. Azor. sup. lib. 7. capit. 10. quaest. 4. & lib. 9. cap. 2. quaest. 4. Gratian. disceptat. cap. 16. num. 22. Ricci. decis. 117. Scort. ubi proxime, Less. de iust. lib. 2. cap. 24. dup. 11. num. 68. Rota apud Farinac. tom. 1. part. 1. decis. 36. Pellizzar. num. 16. ubi rectè notat, apud esse, si plures locationes non uno contextu fiant. Cur sententia D. Covar. accedit sub hoc num. vers. Tandem, ubi videas notata per me à num. 47. Ratio est, quia actus contra legis prohibitionem profusus debet esse irritus, nec in eo separari potest admitti, cum sit unicus.

Vers. Deinde in his.

Adde Delbene à num. 2. Guttier. num. 3. cum seqq. Pat. Molin. lin. num. 2. vers. Secundo quoniam. Sed huic argumento respondent qui cum Baldo sentiunt, regulam, quod in iis, quae pendunt à voluntate duorum, actus, qui non valet, ut sit, nec ut valere potest, subsistit; solum procedere, cum actus transit in aliam speciem, vel ejus natura variatur, secus si intra proprios limites, nihil immutato, restringatur; quia praesumitur, contrahentes nedum in totum, sed etiam in partem, quae absque incommodo separari potest, tacite consentire, ut in donatione ultra quingentos solitos non insinuata verificatur; P. Molin. n. 7. & tempus ac pecunia quoad hoc equiparantur, P. Vazq. sup.

Vers. Verum Carolus Molinaus.

Hujus distinctionis inter emphyteusim, & locationem ultra tempus permissum, meminere P. Vazq. d. dub. 5. n. 27. Guttier. num. 5.

Ibi: Si & in contractu feudali.

Si res Ecclesiae, quae erat apud feudatarium, ad eam revertatur, poterit Praelatus, non servatis juris solemnitatibus, illam iterum in feudum concedere, antequam mensa incorporaretur; tunc autem incorporata censetur, quando Praelatus ipsam non infendare constituit, ac mensa applicat; Pat. Molin. disp. 468. per tot. Debet tamen in nova concessione servari eadem forma, qua prius data fuit, ita ut nihil amplius tribuatur novo feudatario, quam antiquus habebat, alioquin quoad excessum infendatio non tenet: veluti si feudum datum esset pro descendentibus duntaxat, ac etiam pro transversalibus novo feudatario concederetur; nam quoad hos feudum non valet; Pat. Molin. 19. Jul. Clar. dict. lib. 4. §. Emphyteusis, quaest. 6. num. 2. & §. Feudum, q. 13. num. 7. 8.

Ibi: Neque obstant verba textus.

Sic hunc textum interpretantur communiter, qui Baldi sententiam tuerentur. Videas laudatos pro ea sup. n. 43.

Vers. Tandem ut liberè.

Ultra verba, quae D. Covar. ponderat pro sua vera opinione hic, sunt etiam perpendenda, quae in d. Aubert. de reb. Eccles. §. Si verò, collat. 2. sequuntur, ibi: Det autem continuo, & post casum emphyteumatis quantum futurus erat solvere, si secundum legem subjisset emphyteusim, nihil apud eum remanente, ex rebus pauperum, qua frustra per emphyteusim datae sunt. Ubi notanda est clausula illa: Nihil, &c. Nam cum agatur de eo, qui primùm emphyteusim accepit, dicitur, quod nihil apud eum remaneat, ergo statim re emphyteutica ipse privatur, & ita emphyteusis nec pro prima generatione sustinetur: Praeterea hoc ipsum manifestum fit per illa ultima textus verba: Quae frustra, &c. Nam si usque ad tertiam generationem, ut adversarij volunt, valeret contractus, frustra datam fuisset emphyteusim, dici non posset.

Ad haec pro eadem opinione facit, quia cum in d. extravag. Ambitiose, gravissima poenae contrahentibus irrogentur; verosimile non est, voluisse Pontificem, actum, quem sic prohibuit, aliqua ex parte sustineri, imò cæteris poenis omnimodam nullitatem adjecisse, prout sentit Pellizzar. sup. num. 16. Nec potest quod adversus legis prohibitionem factum est, aliquem effectum producere: l. non dubium, §. C. de legib. l. non putavit, §. Non quavis, ff. De honor. poss. cont. tabul. l. 4. §. Condemnatum, ff. De re judicat.

Vers. Non obstat huic sententia.

Huic argumento sic respondent, qui Bartolum tuerentur, ut Vazq. num. 29. Delbene. dubit. 5. sect. 2. n. 1. Bonacin. dict. num. 24. vers. Neque obstat, & alij. Secundo respondent Marefcoti. n. 13. ex Baldo in l. Grace, §. Illud, ff. de fidejussorib. & Alciato in l. 1. §. Sed si mihi, num. 10. 11. ff. de verb. obligat. utile per inutile vitari, quando lex actui formam praescribit, ut in presenti, quia forma datur, dum locatio ultra triennium fieri prohibetur. Tertio respondetur, quod cum jus actum annullat in poenam agentium, totus penitus destruit, prout fit in dict. extravaganti, Vazq. Bonacin. & Pellizzar. ubi proxime, qui in vers. Nec obstat. optimè satisfacit ad id, quod de donatione ultra quingentos solidos non insinuata objicitur; ait enim, aliud esse, quod lex veteri aliquid ultra certum tempus, vel quod quantitate fieri, ulterius non progrediens; & aliud, si praeter prohibitionem poenis prosequatur agentes: priore casu, utile per inutile non vitatur, quemadmodum in donatione contingit, quia Legislator solum intendit excessum evitare; posteriore secus, nam cum lex procedat ad punitionem transgressorum, praecipua ac magis congrua poena est, quod nullius momenti sit actus, ut ita in eo, in quo deliquerunt, puniantur, prout dignum est, c. quanto, 3. §. Caterum, de translat. Episc. c. literas, 13. §. Praefatum, de temporib. ordinat. c. cum olim, 3. §. ult. de offic. deleg. c. pastoral. 29. in fine, de jur. patron. c. ult. de immunit. Eccles. Sic in d. extravaganti, quae graves admodum poenas

nas irrogat locantibus ultra triennium, intelligendum est, Pontificem voluisse profusus irritate illicitas conventiones, ut nulla ex parte vires obtineant.

Ibi: Nam in illa specie manet ipsa locatio valida.

De hoc dictum est, sup. n. 40.

Vers: Sed praemissa. Ibi: Cum ea sit frequentiori calculo recepta.

Nescio, an istud hodiè verè dici possit, cum apud recentiores, Baroli sententiam receptissimam esse constet ex laudatis in ejus comprobationem, sup. n. 44.

De his limitationibus ad opinionem Baldi, quae sequuntur usque ad num. 6. vide allegatos pro eadem, sup. num. 43. qui communiter eas admittunt, praesertim Molin. sup. vers. Quod intelligendum est, cum duobus seqq. Guttier. dict. cap. 13. num. 10. Pat. Molin. disp. 467. n. 5. Caroc. rubric. de reb. Eccles. conc. 9. n. 47. Aug. Barbof. à n. 12.

Vers. Ex his etiam deducitur.

51 Quoties unica pensio pro toto locationis ultra triennium tempore constituitur, adhuc secundum Baldum, contractus in totum fit irritus, nec intra tres annos subsistit: Ita Guttier. dict. cap. 13. in fine, Aug. Barbof. num. 14. & alij communiter, qui hanc sententiam probant, A quibus merito recessit Jul. Clar. sup. d. §. Emphyteusis, q. 6. quare refert, & sequitur Molin. d. vers. Sed quamvis: P. Molin. ubi proxime. Quid enim interest, rem in plures annos uno pretio conduci, vel singulis annis aequalem pensionem pro ea assignari: ut in simili inquit Javolenus in l. ea lege, §. ult. ff. locat. cum tacite pecunia aequaliter censetur in annos locationis distributa, si res non inaequales fructus ferre solet, argument. l. 3. in princip. ff. De ann. legat. quemadmodum pensio in annum pro singulis diebus distribuitur, l. item quaritur 14. §. fin. l. sed adde 21. §. Si quis cum in annum, l. cum venderem 24. ff. locat. Ad haec, cum Baldi sequaces temporis divisionem admittant, itaut qui ad quinquennium condixit, ad triennium stare debeat locationi, cur pecuniae sive pensionis distributionem impugnant: Et si sentiunt, in minus tempus tacite contrahentes consensisse, quare in minore summam illi correspondentem consensum praestitisse insciantur: Ex quibus deducitur, quod recepta Baldi opinione, tempus utile ab inutili potest separari, quoniam unica pensio pro toto locationis tempore sit constituta, modo res pariformiter ex loca natura fructificet.

Ad Num. 6.

52 Si res Ecclesiae singulis annis non fructificet, poterit ad quodcumque tempus locari, dum ter fructus ex illa percipiantur, ut si fructus non ferat nisi tertio quoque anno, poterit ad novennium jure conduci, nam in his totum tempus, quod labitur ad unicam fructuum collectionem pro uno anno computatur, ut aliud agens dixi sup. c. proxim. & in specie docent P. Molin. disp. 466. num. 10. vers. Cajetanus, in summa, ad fin. Tondut. sup. num. 11. Pat. Vazq. dub. 6. num. 30. Mantie. sup. lib. 5. tit. 3. num. 22. Guttier. d. lib. 1. cap. 8. num. 13. Delbene dubit. 4. per tot. ubi plures, Novat. de alienat. rer. Eccles. §. iusticar. num. 21. 22. Pellizzar. num. 14. Aug. Barb. num. 4. Bonacin. num. 24. vers. Advertendum tamen, Cast. Palao tract. 9. disp. de reb. Eccles. non alien. part. 14. nu. 5. Caroc. rubric. de reb. Eccles. conc. 9. n. 50. Ricci. in prax. for. Eccles. §. decis. 115. n. 2.

Vers. Quarto, eadem constitutio.

53 Mandatum ad res Ecclesiae locandas intra tempus jure permissum, triennio a pso, finitur, nec expressim ultra illud concedi potest; Pat. Vazq. ubi proxime, num. 3. Scortia dict. theoremat. 115. Caroc. num. 49. Azor. sup. lib. 5. cap. 2. quaest. 5. Contrarium verò rectius probant Delbene dubit. 7. Pat. Molin. ubi proxime, num. 11. qui oppositum om-

nino falsum dixit. Ratio est, nam sicut ipse mandans licite ad tempus permissam pluries successivè locat, ita hoc ipsum per alium facere non prohibetur, si quidem quod per alios facimus, per nos facere intelligimur, l. 3. §. Sed si debitor ff. de donat. in l. 1. §. Dejecisse, ff. de vi & vi armat. maxime cum ipse, qui mandatum concessit, non prohibeatur illud pro libito, re integra, revocare; §. Rele. Inst. de mand. l. si verò non remunerandi 1. §. Si mandavero exigendam, ff. cod.

Vers. Quintò, sunt qui hujus constitutionis.

Est controversum an d. extravaganti, Ambitiose, usu recepta sit: ut videre licet apud Guttier. d. cap. 8. à princip. Pat. Molin. sup. n. 10. vers. Cajetanus, in summa, Vazq. dub. 7. num. 3. 2. Caroc. num. 39. Bonac. dict. num. 24. vers. Hoc tamen intelligendum, Aug. Barbof. num. 48. 49. Delbene dubit. 1. n. 7. & 8. Ex quibus colliges, dictam constitutionem ubique fuisse receptam quoad nullitatem locationis ultra triennium, & alienationis rerum Ecclesiae; non verò quoad alias poenas ibi stabilitas adversus contrahentes, & secundum illam sepius Rotam judicasse, adductis multis decisionibus; probat August. Barbof. n. 49. Sed nonnullis in locis prolixa contraria consuetudine est sublata, cui standum est, ut Medionali, ubi res Ecclesiae ad novennium locantur, Bonacin. ubi proxime.

Ibi: Legem nullam vim obinere.

Lex, quae usu recepta non est, minimè subditos atringit, Menoch. de arbitrar. cas. 420. num. 10. & conf. 75. num. 91. Pellizzar. sup. d. tract. 6. cap. 3. num. 14. Guttier. sup. n. 2. Thom. Delbene de immunit. Eccles. §. 10. n. 1. dubit. 15. sect. 7. à num. 1. Azeved. in l. 1. num. 8. tit. 1. lib. 2. Recopilat. Bernard. Gravæ. ad prax. Camer. Imper. lib. 2. conc. 60. Coronid. 2. num. 1. Salas cum aliis de legib. disp. 13. sect. 1. num. 2. Flamin. de resignat. beneficior. lib. 1. quaest. 9. n. 26. Ant. Sola ad constitut. antiq. Sabaud. in proem. glof. 4. n. 31. Gaill. practicar. observat. lib. 2. observat. 110. n. 24. Alderan. Malcard. de generali statutor. interpretat. conc. 6. à n. 77.

Illud tamen sine controversa non est, an scilicet lex statim post sufficientem promulgationem subditos obliget, antequam à populo recipiatur, & usi probetur: in quo DD. dissentiunt, quorum plures pro utraque parte laudat Salas, sup. & Aug. Barb. in collectan. ad c. in istis 4. distin. 5. 6. ubi affirmativam partem sustinet, & bene probat Pat. Suar. de legib. lib. 3. cap. 19. num. 9. qui resolvit, peccare eos, qui primum legi non obediunt, actusque eidem contrarios exercent; postquam per tempus legitimum populus lege usus non est, cum jam vim suam amiserit, nemo ad ipsius observationem tenetur; quo sensu, communis sententia proximè tradita accipi debet, neque enim lex ut ab initio obliget, populi acceptationem desiderat, cum penes Principem sit potestas cogendi subditos ad observandas leges justas, quas ipse tulit: argument. l. 1. ff. de constitut. Princip. quod Pat. Suar. ubi proxime notat.

Tunc autem lex non recepta censetur, ut obligandi potestatem non habeat, cum vel per actus contrarios, Legislatore sciente, excluditur; vel per decennium, etiam inscio Principe, negligitur, ac omittitur; ut paulò inferius docet D. Covar. Sola sup. nu. 38. 40. Menoch. conf. 719. num. 30. 35. Aug. Barbof. sup. numer. 14. ubi plures refert, Guttier. numer. 34.

Quos actus, contrarij ad hunc effectum desiderantur, tradit Sola num. 51. ex Bart. in cap. fin. vers. Deinde quare, col. 10. de consuetudin. Felin. in cap. 1. num. 6. vers. Et adde de irreg. & pac. ubi ait, quod si casus, de quibus lex agit raro evenire soleant, duo sufficient; alioquin plures requiruntur secundum Judicis arbitrium.

Sed si dubitetur de receptione legis, (prout circa d. extravaganti, Ambitiose, contingit) receptam fuisse, praesomendum est, si de ejus promulgatione constituit; Sola n. 46. 47. Malcard. de probat. conc. 1. 32. n. 2. Roland. conf. 90. n. 3. lib. 1. Aug. Barb. n. 8. ubi alij Guttier. n. 9. Quidquid senserit Menoch. de praesumpt. lib. 2. pres. 2. à n. 2.

Ibi: